

B. M. H. 174  
h. 48, 21.

II R  
4204

DISSERTATIO JURIDICA,  
DE  
**JURISDICTIONE**  
**ECCLESIASTICA,**  
**NOBILIBUS IMPERII,**  
*Vigore Constitutionis de Pace Religionis,*  
**IN DISTRICTIBUS ET CASTRIS**  
illorum legitime competente,

Von der,  
**Der Reichs-Nitterschafft, nach dem Religions-**  
**Frieden, zustehenden Geistlichen Gerichtsbarkeit,**

QVAM  
PRÆSIDE  
**DN. JOH. CASPAR UNRATH,**  
J. U. D. & P. P. Consil. Sax. Curiā Provinc. & Scabin. Assessore dignissimo,  
h. t. Rectore Magnifico & Fac. Jurid. Decano eminentissimo,  
**IN ILLUSTRIS ACADEMIA JENENSI**  
**ANNO MDGXLVIII.**

RESPONDENDO PROPUGNAVIT  
**NICOLAUS KERN,**  
CULMBACHO-FRANCUS.




20.

**HÆLE MAGDEBURGICÆ,**  
**LITTERIS HENDELIANIS, 1740. (4)**



DISSERTATIO JURIBICA  
DE  
JURISDICTIONE  
ECCLESIASTICA  
KOBLENZ  
IN OBTINENDIS ET CAPTIS  
SIGILLIS



DI JOH. CASPAR URBAT  
IN OBTINENDIS ET CAPTIS  
SIGILLIS  
KOBLENZ  
1784







## PROOEMIUM.



**S**I nobis ab omnipotente il-  
lo rerum omnium molitore ac fa-  
bricatore Deo tanta concessa fuis-  
set facultas, ut quicquid animi sen-  
tentia exoptaremus, ita facto ide-  
veniret, peteremus non quod stul-  
te Midas, ut omnia nobis in men-  
tem cadentia in aurum mutarentur; nec quod impru-  
denter Cleanthes, ut omnia quæ oculorum nostror-  
um acie conspiceremus, clarissimo radiorum suorum  
splendore sol adornaret; nec quod turpiter Epicurus,  
ut nobis cottidie in summis voluptatibus vivere lice-  
ret, sed ut constitutio ista de pæce religionis, (quam  
a tempore Tridentini Concilii expirasse & hodie sal-  
tem tolerari Romano Catholici dicunt) utpote firmis-  
simum quoddam securæ tranquillitatis & tranquillæ  
securitatis inter omnes status & ordines imperii vincu-  
lum



lum ad principia sua revocaretur & una cum cæteris legibus fundamentalibus tanquam altercationibus & disceptationibus hisce penitus confusa, a S. Cæsarea Majestate, conjunctis omnium imperii ordinum ac statuum viribus, in luculentam consonantiam erigeretur, atque tandem tot bellicis calamitatibus sopitis, hoc modo, pax publica, promoveretur & facta tecta- que conservaretur, & Imperator cum statibus & status cum subditis pristino diffensionis affectu exploso & sincera fide restaurata, in securo tranquillitate & tranquilla securitate vitam piam, jucundam & quietam peragere possent. Quoniam vero inter alia hætenus etiam multum disputarunt, an Nobilibus quoque immediatis, vigore constitutionis de pace religionis, jurisdictio Ecclesiastica, quæ, secundum tenorem jam citatæ constitutionis, quoad Augustanos hodie in suspenso est, in districtibus & castris eorum legitime competat? breviter statum & causam hujus controversiæ sequentibus in thesibus considerabimus & examinabimus.

THESIS I.

**N**obiles immediatos quondam cum principibus & reliquis statibus idem jus habuisse, ac inter status imperii connumeratos fuisse, dubio prorsus caret. *Buxdorff. ad Aur. Bull. conclus. 3. Rumel. p. 1. dissert. 1. ad Aur. Bull. thes. 12. Dn. Carpzov. d. leg. reg. c. 3. sect. 12. num. 6.*

II. Licet autem hodierno tempore ad comitia evocari desierint, *Dn. Carpzov. d. l. n. 7.* tamen illud in eorundem favorem factum esse existimatur; ne scilicet onera statuum subire



subire teneantur *Petr. Syring. d. pac. relig. conclus. 40. Dn. Carpzov. d. l.*

III. Quapropter si in Nobilium favorem seu privilegium hoc introductum fuerit, neutiquam in eorum odium retorquendum erit. *c. quod in favorem de Reg. I. in 6. Carpzov. d. l.*

IV. Ac etsi quidem jure comitorum sive fessuræ ac suffragii sive voti dicendi careant, nec proprie status hodie amplius sint (quod libenter concedimus) *Reinkinck. de reg. secul. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 10. n. 1. Petr. Syring. de pac. relig. concl. 40. Nolden. in tract. de nobilit. c. 17. n. 70. & 78. Dn. Carpz. d. l. n. 29.* tamen pro statibus habentur, & sunt nobilia membra imperii *Mart. Neapolit. de jurisdic. part. 1. cap. 33. n. 38. 78. & 84.* ac tantum imperio subsunt & præter Cæsarem alium superiorem non recognoscunt *Gail. lib. 1. obs. 27. n. 4.* Seyen ohne Mittel der Käyserl. Majestät und dem Reich unterworfen.

V. Nec non jura superioritatis & eminentiam in castris suis & pagis habent *Recess. Imp. Aug. Anno 1555 f.* Und in solchen Frieden sollen die freyen Ritterschafft, welche ohne Mittel der Käyserl. Majestät und uns unterworfen, auch begriffen seyn, *Carpz. d. l. n. 35.* adeo ut eorundem jura in capitulatione cæsarea æque comprehensa ac confirmata esse censeantur & iisdem fere fruantur privilegiis cum aliis imperii statibus *Dn. Carpz. d. l.*

VI. Prout constat, quod non tantum juris Austregarum capaces sint. *Ordin. Camera Imper. p. 2. tit. 3* ibi: Ritter oder andere des Adels, der oder die dem Reich ohne Mittel unterworfen se. *Dn. Carpzov. d. l. n. 17.* Sed etiam beneficio constitutionis de pace religionis gaudeant, *Recess. Imper. de Anno 1555. f.* Und in solchen Frieden se. *Dn. Carpzov. d. l. n. 11.*



*ubi allegat Gylman. Symphor. Supplicat. tom. 1. p. 1. r. 3 f. 235.  
Bidenb. nobil. quæst. 3. § 5. Job. Ruding. cent. 4. observ. cam. 37.  
Petr. Syring de pac. relig. concl. 40.*

VII. Ita, ut ad illos etiam in possessionibus eorum, modo ut immediati ibi confiderantur, jus reformandi Ecclesias & mutandi religionem pertineat, nec non gravati & turbati in usu & exercitio hujus juris, processus in Camera Imperiali, vigore prædictæ constitutionis super pace religionis, extrahere queant. *Gylman. d. l. tom. 1. part. 1. fol. 219. col. 1. vers. & tamen post longam disputationem &c. quæ disputatio videri potest ibidem fol. 235. 236. 237. 238. 239. & 240. Meichsn. decis. Can. tom. 1. lib. 2. fol. 732. vers. inter Ducem quoque.*

VIII. Ansam vero huic controversiæ quod scilicet beneficium istud in dubium nobilibus revocatum fuerit, disputatione ista præbuit, an jus reformandi pertineat ad jurisdictionem inferiorem, quam juxta vernaculam nostram *Wigteylliche Obrigkeit* vocant, an vero ad jura superioritatis & territorii sit adnexum?

IX. Siquidem qui adversativam tuentur & contra Nobil. hac in parte stant, posterius affirmant, ac in id insurgunt, quod scilicet constitutio pacis illis tantum jus reformandi & facultatem impetrandi processus super ea in Camera imperiali tribuat, qui status imperii sunt, & in villis merum & mixtum imperium habent & omnimodam jurisdictionem exercent; *Gylm. Symphorem supplicat. tom. 1. p. 1. fol. 237. col. 1. ac licet Nobil. jam ante fundamentis & argumentis immotis satis comprobarint, potius hoc in casu possessionem & exercitium spectanda esse; nihilominus tamen talem solent construere maximam: nempe quod illius sit de religione dispositio, cujus sit regio. Meichsner. tom. 1. decis. libr. 2. fol. 755. & fol. 756. vers. Et licet durum videatur.*

X. Nam



X. Nam ita inquirunt, *dicta constitutio de pace religionis in §.* Und damit solcher Friede ubi statuum mentionem facit, loquitur. In ihren Fürstenthümern, Herrschafften und Landen ic. Nobiles vero immediati carent principatibus, ditionibus, regionibus & territoriis, neque status imperii sunt, & tantum minorem jurisdictionis speciem habent, & jura Voitheie exercent, quæ susque deque habenda sunt, præsertim, cum secundum sententiam deputati Assessoris Cameralis, Boigt, saltem defensor loci sit, cui mixtum & merum imperium minime competit, nec consequenter jus reformandi Ecclesias, mutandi religionem, vel alia circa causas illius statuendi, quoniam hæc juri superioritatis & territoriali annexa sunt. *Gylm. d. l. tom. 1. p. 1. tit. 3. fol. 239. n. 19. & fol. 237. col. 1. Meichsner. d. l. tom. 1. libr. 2. fol. 756. vers. Et licet durum videatur, ubi dicitur: non esse amplius disputandi locum, postquam imperii statibus placuerit, ut reformatio illis tantum, qui jus superioritatis habent, non etiam aliis tribueretur.*

XI. Cujus hanc alioqui assignant rationem, quod scilicet pax religionis potius sit realis quam personalis, id est ad territoria & non ad districtus referri debeat, adeo, ut ne status imperii ipsi, utpote, Duces, principes, comites, Barones & civitates imperii in castris & villis suis citra majorem jurisdictionem religionem mutare queant *per. text. in dict. constitutio d. pac. relig. §.* Und damit solcher Friede ex verbis illius, in ihrem Land, Leuten, Herrschafften und Obrigkeitten.

XII. Et contendunt, quod §. iste sæpius citat: *const. d. pac. relig.* Und in solchen Frieden ubi. Nobilium mentio fit, concernere duntaxat videatur ipsorum personas, non bona, cum alioqui jus quæsitum aliorum qui status imperii sunt,



sunt, turbaretur & seditiones moverentur, si Nobilibus immediatis, ratione districtuum possessionumque suarum, in regionibus ac provinciis territoriiisque alienis sitarum, jus atque potestas exercitium religionis libere instituendi, & reformandi Ecclesias, concessa esset. *Gylman. d. l. tom. 1. p. 1. tit. 3. fol. 235. col. 2. & fol. 236. n. 6. & fol. 240. col. 1. in fin. & col. 2.*

XIII. Præsertim, quia istiusmodi possessiones Nobilium immediatorum pro maxima parte in territoriis statuum Ecclesiasticorum, utpote in Ducatu Franconiæ, Abbatia Fuldensi, aliisque in Episcopatibus & Archiepiscopatibus sitæ sunt; ac non est verisimile, cum investituræ Nobilium ab Ecclesiasticis promanent, ab illis spiritualitatem quoque fuisse translata. *Gylman. d. l. tom. 1. par. 1. fol. 212. col. 2. Cephal. Conf. 539. n. 52. libr. 4. Ruin. conf. 6. n. 7. tom. 1. ubi dicit, quod princeps, si concedat inferiori aliquid de reservatis, intelligatur hoc facere non cum plenitudine sed eo modo, quo ea exercere possit vide Knich. de sublim. & reg. territ. jur. c. 1. n. 132. ubi allegat Valasc. quæst. 8. n. 31.*

XIV. Unde adversativam tuentes ulterius etiam hac volunt uti illatione contra Nobiles, nimirum, si statibus secularibus, utpote Ducibus Saxonix & Bavariæ, ne religio in territoriis illorum mutetur, prohibere licitum. *Meichsner. d. l. 1. 1. libr. 2. fol. 756. vers. Et licet durum.* Sane nulla diversitatis ratio dari potest, cur Ecclesiasticis statibus in territoriis illorum quoad castra statuum secularium & aliorum immediatorum in his sita, idem quoque concedendum non sit. Non enim deterioris possunt vel debent esse conditionis, quam seculares.

XV. Quod maxime obtinere statuunt, illis in locis, ubi Jura superioritatis ad Ecclesiasticos spectant: Sine dubio enim



enim potior est in concursu Jurisdictionis ea ad mutandam religionem, quæ est superior, quoniam in concursu minores qualitates supprimuntur a majoribus, & qualitas superioritatis tanquam præstantior, maxime quoad effectum Constitutionis de pace religionis, absorbere videtur minorem, ita ut alioqui constitutionem hanc necessario elusoriam fieri opereretur, quoad verba illius in ihren Fürstenthum, Landen und Herrschafften, *Gylman. d. l. tom. 1. p. 2. fol. 263. col. 1. num. 29. in fin*

XVI. Neque tali in casu, scilicet in concursu Jurisdictionis, nobilis qui inferiorem tantum Jurisdictionem habet, principi, qui summa & suprema jurisdictione munitus est præferri debet; equidem si quidam distincta habeant exercitia jurisdictionis, unus circa minora, alter vero in majoribus, utpote maleficiis & aliis, ex quibus superioritas maxime constat, tunc potentior qualitas, quoad usurpandam, religionem, prævalet & aliam absorbet, *Gylman. d. l. tom. 1. p. 1. fol. 215. col. 2. n. 14.*

XVII. Quæ cum in allodialibus ita se habere comprobatum sit, magis ea in bonis nobilium immediatorum, quæ ultra hunc qualificatum modum (puta quod in territoriis statuum Ecclesiasticorum pontificiæ religioni addictorum sita sunt) adhuc feudi nomine ad status illos pertinent, obtinere sequitur.

XVIII. Etenim vasalli subditorum quoque nomine veniunt, *Socin. conf. 272. incip. non prosequendo ordinem n. 11. vers. item in decreto part. 2. & quilibet Dominus feudi vilis etiam rusticus, super rebus, quæ tenentur ab ipso in feudum habet ordinariam Jurisdictionem Cardin. Zabar. in clement. 2. vers. denique n. 7. d. sentent. & re judic. per text. in c. imperial. §. ult. 2. F. 1. 55. d. prob. feud. alien. per Frid.*

B

XX. Sic



XIX. Sic videre licet, quod Comites, Barones & civitates imperii, item nobiles immediati, ratione bonorum suorum, in Episcopatu Herbipolensi & Franconia Ducatu fitorum judicio provinciali ejusdem Episcopatus subiecti sint, & ibi conveniri ac se sistere, nec non in causarum suarum controversiis & cognitionem & decisionem pati coguntur, pro ut privilegium Imperatoris Friderici super firmitate & stabilitate hujus judicii anno 1568 Heroldo Episcopo Herbipolensi concessum. *ſ. Inde est, manifestum facit.*

XX. *Verba autem illius ſ. in prædicto privilegio Friderici Imperatoris ita sonant: Inde est, quod præfato Heroldo venerabili Episcopo suisque successoribus in perpetuum pro fidei suæ & obsequiorum præclaris meritis, & interventu sacri Collegii prædictæ Ecclesiæ cujus devotio pectoris nostri pænnalibus inhaeret, ac liberorum ac ministerialium indefessa supplicatione divincti, damus & concedimus & præsentis privilegii munimine confirmamus omnem jurisdictionem, seu plenam potestatem faciendi justitiam per totum Episcopatum & Ducatum Würzburgensem, & per omnes comitias in eodem Episcopatu vel Ducatu sitas de rapinis & incendiis, de allodiis & beneficiis, de hominibus & de vindicta sanguinis. Statuentes imperiali autoritate & lege perpetuo valitura decernentes; ne aliqua Ecclesiastica secularisve persona aliqua temeritatis præsumptione contra instituta antiquorum principum contra diuturnam & justam possessionem Würzburg Ecclesiæ & nostræ intemeranda decreta veniens per totum Würzburg Episcopatum & Ducatum & Comitias intra Episcopatus terminos & Ducatus sitas judiciariam potestatem de prædiis vel incendiis, aut de allodiis seu beneficiis sive hominibus deinceps exerceat, nisi solus Würzburgensis Episcopus & Dux, vel cui id ipse commiserit, hoc excepto, quod comites de liberis hominibus,*



*bus, qui vulgo Bargildi vocantur, in Cometiis habitantibus, statutam iustitiam recipere debent. Imperiali quoque auctoritate & præcepto inhibemus, ne aliquis in præfato Episcopatu & Ducatu, vel in Cometiis in eis sitis aliquas centurias faciat vel Contigraffios constituat nisi concessione Episcopi Ducis Würzburgensis &c.*

XXI. Idem etiam testantur literæ illæ, quarum munimine invictissimus Imperator Carolus V. prædictum iudicium provinciale Herbipolense Noribergæ 1347. die Elisabethæ confirmavit *in s. 1.* cujus verba ita scripta reperiuntur: So mag man von Rechtswegen niemand, noch soll richten mit der Recht in dem Herzogthum und dem Land-Gericht zu Francken, dann ein Bischoff zu Würzburg, der allein da Land-Richter ist, und sollen auch vor demselben Land-Richter zu Recht stehen alle Herren, Grafen, Freyherrn, und auch des Reichs Dienst-Leute und Statt-Leute, und auch alle andere Leute, beyde Edel und Unedel, wie sie Namen haben, die in diesem vorgeannten Herzogthum und Land-Gericht zu Francken geseßen seyn. *Item in s.* Was auch wieder *seq. ibi:* Darum so soll und mag niemand des vorgeannten Stiffts zu Würzburg, Grafen, Freyherrn, Ritter, Knecht, Mann, Diener, Statt-Leute und Untersassen, Geistlichen und Weltlichen, gemeinlichen oder besonder, noch ihr Haab oder Güter um keinerley Sachen groß oder klein, wie die genannt ist, für keinem andern weltlichen Richter, wie der geheissen sey, noch für uns selbst, noch unsern Nachkommen an den Reichs-Hoffgericht, dann, allein für einem Bischoff zu Würzburg, der dann je zu Zeiten ist, auf keinem weltlichen Gerichte beklagen noch laden, es wäre dann, daß den Klägern wider Recht und des ehgenannten Stifft Gewohnheit, das Recht verzogen oder versaget würde, oder ob wir oder unser Nachkommen an dem Reich von unser und des Reichswegen,



gen, zu ihn gemeiniglich oder besonders zu sprechen oder zu fordern hätten oder gewonnen, darum mögen wir oder unsere Nachkommen sie für unser Hoffgericht laden und beklagen etc.

XXII. Qua de causa Julius, Episcopus Herbipolensis & Dux Franconiae, sub dato Würzburg anno 1596. 17. Mart. ad Nobiles immediatos istiusmodi Ducatus cum se jurisdictioni præmemorati iudicii provincialis eximere voluerint monitoriales exaravit, cum annexa clausula ista comminatoria, nimirum: So haben wir doch zu förderis diß unser Schreiben an euch in Gnaden wollen abgehen lassen, gnädig und gl. gesinnend, ihr wollet unser und unser löblichen Stifts wohlgegründete uhralte, wissentliche notorische und kundliche Privilegia, Jurisdiction und übliche Herkommen, beneben den bewusten Ritterlichen Verträgen in gute Achtung nehmen und haben, auch eurer Vor-Eltern gegen unsern löblichen Stift gehorsamliche Vertraulichkeit und Beysetzung, so nicht weniger in dessen Gefährlichkeit mit Kriegs-Übungen, als zu Frieden-Zeiten in Erkänntniß desselben Land-Gerichts wissentlichen Herkommens mit Treuen fortgesetzt worden, Euch tieff zu Gemüch gehen, und Euch samt und sonders für Euch und die Eurigen nicht Abwegs und in grosse Beschwerung bringen und führen lassen, sondern Euch und die Eurigen, mit Erkänntniß herbrachten Rechten und Euch so hochnütlichen und billig angelegenen Ritterlichen Verträgen gegen uns und unsern löblichen Stift, hinführo gemäß und willig verhalten und erweisen, damit ihr nicht Ursach gebt und uns dahin trünet, entgegen und die Eurigen, die rechtliche zugelassene Mittel und Weg mit rechtlichen Ernst zugebrauchen und würcklich fortzusetzen, dessen wir dem beständig und wohlbefugt.

XXIII. Porro allegant, ideo etiam vasallum invito Domino directo religionem in re fundali mutare non posse, quia



quia forma feudi sive pagi vel oppidi alicujus maxime censetur consistere in ordinatione & constitutione politica & religionis, in guter Ordnung der Religion und Policey etc. ac contra juris est, quod rei feudalis formam citra voluntatem Domini vasallo mutare nequaquam liceat, atque ideo hunc casum, tanquam in constitutione de pace religionis omis- sum sub decisione juris communis merito relinquendum, esse putant. Nam: Si non mutetur, cur stare prohibeatur.

XXIV. Verum posito, sed absque veritatis præjudi- cio, quod hæc opinio esset canonica, nimirum jus reforman- di sequi jurisdictionem secularem vel Ecclesiasticam, tamen hujus præsuppositi suppositum, scilicet status Ecclesiasticos sive superiores, utpote Dominos territoriales, habere omni- modam superioritatem in omnibus castris & villis aliorum statuum inferiorum secularium & nobilium immediatorum in territoriis illorum sitis, fundamento carer.

XXV. Imo enim potestas gladii sive die hohe Freisch, licet sit de majoribus gradibus imperii, tamen per se neque territorium neque jurisdictionem in personas, nisi certis ca- sibus & in causa delictorum tribuit, *Gylm. d. l. 20m. 1. p. 1. fol. 216. col. 1. vers. Nec novum est, sed ex singulari capite etiam in alieno territorio uti & jura banniferini Wildbahn, item se- curitatis, Geleidt, quæ omnino ad superioritatem pertinent, absque jure subjectionis, hoc est, ut subditi illius loci non sint devincti, exerceri potest. Gylman. d. l. 20m. 1. fol. 12. col. 2. vers. negantur ulla ratione subditi. Et fol. 211. col. 2. ff. cum ita- que tales Et fol. 212. col. 1. vers. sed non video. Knich. tr. de jure servit. c. 4. n. 14.*

XXVI. Sic, ut minime procedat illatio illa: nempe ad hunc vel illum statum Ecclesiasticum pertinet potestas gladii vel saltem cognitio quatuor grandiorum delictorum,



der vier hohen Rügen, als Mordt, beweister Diebstahl, Nothzwang und Brandt, item jura securitatis & banni ferini in statu quorundam secularium & nobilium immediatorum castris & villis in territorio suo sitis. Ergo status ejusmodi seculares & nobiles immediati una cum illorum subditis in locis istis sunt illis Ecclesiasticis statibus subjecti, *Gylman. d. l. tom. 1. fol. 212. col. 2. vers. negantur ulla ratione subditi.* Nec contingit esse, quod potest abesse.

XXVII. Ac quamvis varie disputeretur de hac quaestione: An in nobiles immediatos territorialis dignitas cadat? & nonnulli negativam tueantur & dicant, quod Imperatori hæc reservata sit; quidam vero vicinis principibus illam adscribant, *videatur Bidenbach. quæst. nob. 1. Gail. 2. obs. 62. n. 3. Reinking. d. regim. secul. & Ecclesiast. libr. 1. class. 5. cap. 2. n. 43.* affirmativa tamen, quod scilicet nobilibus immediatis istiusmodi territorialis potestas omnino competat & illis minime deneganda sit, verior est, quod probat *Reinking. d. l. lib. 1. c. 2. n. 37. & 38. 41. cum seqq.*

XXVIII. Atque experientia satis superque testatur illos amplissima sæpe bona & amplissimum territorium habere, *Christoph. Besold. discurs. polit. discurs. d. ordinat. Equest. 2. libr. c. 6. n. 10. 11.* eoque nomine soli imperio parere, neque Imperatori majora regalia, & plus juris competere in his possessionibus, quam in aliorum statuum regionibus, ditionibus & territoriis, prout hoc expresse innuit confirmatio ordinationis equestris liberorum nobilium in Suevia Anno 1561. a Ferdinando I. ab illis impetrata, nec non privilegium ejusdem Imperatoris nobilibus immediatis in Franconia Anno 1559. d. 26. Julii concessum, ibi: *Wiewohl ihre Vor-Eltern und Vorfordern bis auf Sie selbst, als freye Ritter und Adels-Personen, die in ihre verlassene Erbschaften und Fußstapfen*

fen



fen getreten, mit ihren zugehörigen freyen Schlößern, Städten, Flecken, Dorffschafften, Unterthanen, Dienern, Leuten, Haab, Güter, und allen dem darinnen begriffen, von Alters hero, wie noch und billig geschicht, ohn alles Widersprechen, unsere Vorfahren regierende Römische Käyser und Könige, zugleich auch jeso, und als ihre eigene rechte und von Gott geordnete Obrigkeit erkennen, und aufferhalb dessen, daß etwa einer oder mehr unter ihnen von wegen habender sonderbahrer Belehnungen dergleichen Dienst, oder auch sonst besonderer eingangener Verpffichtungen, wie die etwan durch Verträge oder in andere Weg beschehn und verglichen seyn möchten, Euren Liebden, Andachten und eurer Bottmäßigkeit, und auch etlichen Ständen in Heiligen Reich verpffichtet, ohn welchen durch die angezogene Verwandniß, damit Sie uns zugethan, denselben nichts abgehen, sondern die gebührend Schuldigkeit geleistet werden soll, darbey Sie dann vor der Zeit, ihre Vor-Eltern, bis hieher durch unsern Vorfahren und uns (allein etliche geringe Zeit ausgescheiden) enthalten worden und noch billig bleiben sollen.

XXIX. Ac paulo post in §. ejusdem sequenti, ibi: Wann uns nun keineswegs gemeint sein will zuzusehen und zugestatten, daß die freyen Ritterschafften dermassen unbefugter weiß unter Ewer Liebden, Andachten und euer Bottmäßigkeit, Landfessereyen, ihren Adelichen Freyheiten zuwider gedrungen, Dadurch gemeine freye Ritterschafft, so uns, als Römischen Käyser und ordentlicher höchster Obrigkeit in Heiligen Reich, allein ohne Mittel unterwerffen, geschmelert und geschwächt, auch uns die Ritter-Dienst, so sie unsern löblichen Vorfahren, am Reich und uns bis anhero, aus unterthänigem getreuen Gemüth freywillig geleistet, entzogen werden. So empfehlen wir hierauff.

XXX. Neque subditi Nobilium immediatorum Statibus



tibus Ecclesiasticis in quorum territoriis bona illorum sita sunt, sed nobilibus ipsis juramentum assecurationis Erb-Suldigungs-Pflicht præstant. *Gylm. d. l. tom. 1. p. 1. fol. 216. col. 2. vers. multo minus video.*

XXXI. Quemadmodum etiam videmus jura collatandi, lustrationis, itineris & sequelæ, Steuer, Musterung, Reisß und Folge, quæ inter præcipuas jurisdictionis species referuntur, item jura ordinationes faciendi, præcipiendi, mandandi, prohibendi, permittendi, decimandi, præsentandi, alia jurisdictionalia, excepta gladii potestate, ad illos spectare *Gylm. d. l. tom. 1. p. 1. fol. 263 col. 1.*

XXXII. Et vocatur hæc jurisdictio in nobilibus immediatis Adelige Obrigkeit, uti in personis principum Landes-Fürstliche, in comitibus Gräffliche, in civitatibus Städtische. *Bidenbach. d. l. qu. 1. Gail. 2. obs. 62.*

XXXIII. Ex quibus apparet vocabulum Voitheie non semper denotare saltem qualemcunque jurisdictionem ad tuenda jura clientelaria, sed quod interdum & quibusdam in locis sumatur pro universali & omni omaino jurisdictione ad centenam non pertinente, vel alias non dempta & excepta, nimirum alle Gebot, Verbot, hohe und niedrige Frevelbusen, Steuer, Folge, Reisß und andern dergleichen Gerechtigkeith. *Knich d. l. c. 4. n. 115. 116. 117. 120. & seqq.*

XXXIV. Uti est jus præsentandi (intellige tamen iis in locis ubi competit illis jus patronatus) investiendi, possessionem concedendi, ordinandi, visitationis, examinis, nec non jurisdictio Ecclesiastica in causis matrimonialibus, *Meichsn. decis. Camer. rom. 1. libr. 1. decis. 48. fol. 836. & seqq. Webner. observ. pract. lit. V. verb. Besigtey, pag. 659. col. 1. ubi allegat Chassan. rubr. 1. des Justices &c. num. 97. per roz. & alias.*

XXXV.



XXXV. Siquidem vigore transactionis Passaviensis jurisdictione Ecclesiastica quoad Augustanam confessionem est insuspenso, ideoque merito Dominus loci & cui competit Voigtheia eam sibi vindicat. *Knich. d. l. n. 123.* adeo ut immediati isti tam ratione proprietatis quam jurisdictionis Domini territorii recte nominari queant, licet plerunque vasalli sint vicinorum principum qui etiam in eorum territorio, vigore juris superioritatis, maxima habent regalia. *Besold. d. discurs. c. 6. vers. Sed non omnes.*

XXXVI. Præterea nihil quicquam refert ista objectio, quod status isti Ecclesiastici, ipsarum terrarum, in quibus nobiles immediati possessiones suas habent, Duces & principes sint & jura superioritatis exercent, quæ solent contra illos allegare, quia in constitutione de pace religionis, ne verbo quidem mentio fit juris superioritatis *Der Landesfürsten Obrigkeit*, vel quod illi, quibus jura superioritatis competunt, alios immediatos in illorum Ducatibus & principatibus prædia libera possidentes in exercitio religionis turbare queant, sed sufficit nobiles esse immediate sub imperio; alioqui enim §. iste Und in solchen Frieden etc. in sæpius citata constitutione nihil operaretur, cum ut plurimum fit, in alienis principatibus libera sua habeant territoria, quorum omnium respectu nullum alium, nisi Romanum imperium recognoscant. *Gylm. d. l. fol. 238. col. 2. vers.*

XXXVII. Cujus exempla extant in vicinia, sic enim liberorum nobilium in Franconia villas, castra & bona sita esse cernimus in territoriis Episcopi Herbipolensis & Abbatum Fuldenfis, ac licet hic princeps suæ diæceseos, ille vero Dux Franconiæ dicatur, tamen nobiles isti neutiquam Herbipolensem Episcopum vel etiam Abbatem Fuldensem, sed solum imperatorem recognoscunt magistratum suum, &

C

non



non alibi quam in arcem equestram communem in gemeinen Ritter-Schuten contribuere solent. *Besold. d. rr. c. 6. n. 2. p. 162. vers. Sed nec omnes. Gylm. d. l. r. 4 p. 1. fol. 299.* nec Episcopus Herbipolensis vel Abbas Fuldenensis est illorum nobilium & aliorum statuum secularium princeps territorij, nec ipsi illorum Landassii. Videatur privilegium Imperatoris Frederici anno 1168. quod extat apud *Gylm. d. l. rom. 6. fol. 61.*

XXXVIII. Unde dicitur Reverendissimos & ceteros hosce Ecclesiasticos non habere territoria conclusa, hoc est in quibus universalis subjectio sive Landfesseria quaedam die Landfesserey in usu sit, sicuti Duces Saxoniae & Bavariae, ita ut maxima inter hos & illos sit differentia. *Goldst. Politischer Reichshandlung tit. 5. fol. 998. & seqq.*

XXXIX. Adeo, ut hac de causa, quoniam scilicet nobiles immediati, quoad bona & personas ipsorum pro liberis habentur, sola ratio situs & praesumptio jurisdictionis & superioritatis inde resultans hoc casu non sufficit. *Meich. n. rom. 2. decis. Cam. decis. 8 n. 50. vers. Et si bona sint.* neque sequitur, sum in territorio. E. sum sub jurisdictione Domini. *Natta conf. 636. n. 54. & seq.* Nam etiam in ipso territorio potest esse locus exemptus. *Vant. d. nullitat. c. 9. n. 108. Socin. Fun. conf. 68. n. 7. vol. 1.* imo nullum est dubium, quin castrum cum territorio suo etiam in alterius provincia situm ad alium dominum pertinere & sic territorium separatum facere queat. *Abb. c. nimis n. 1. vers. potest d. jurejur. Meichsn. d. rom. 2. lib. 1. decis. 8. n. 42. & seq. & decis. 6. n. 99.*

XL. Ac notorium est, quando persona vel res ab aliqujus omnimoda jurisdictione, quam in territorio exercet, exemptae sunt, prout nobilium immediatorum castra & personae, quod tunc non sint partes, vel membra, neque magistratum pro capite agnoscant, sed peculiare caput & magistratum



stratum ordinarium habeant: itaque licet locus exemptus sit in districtu quoad situm, tamen extra districtum esse intelligitur quoad jurisdictionem & superioritatem, prout de diocesi dicitur, quod locus exemptus sit in diocesi, sed non de diocesi. *rext. in l. 1. §. ad municipal. l. relegatorium ff. d. interd. & releg. & paria sunt esse exemptum & extra territorium esse. Dd. in l. fin. ff. d. jurisd. omn. jud. Abb. c. cum Episcop. ubi gloss. d. offic. ordin. in 6. Meichsn. rom. 2. decis. camer. lib. 1. decis. 6. n. 9 & 10.*

XXI. Hinc Imperator Rudolphus anno 1595. Dominis Cameralibus mandavit, quod nobiles imperii contra potentiores status tueri, nec temere exceptiones subjectionis attendere, neque sub prætextu juris territorialis contra privilegia illorum processus decernere debeant.

XLII. Nec non ideo quia nobiles immediati in possessionibus suis, quas in terris prædictorum statuum habent, illis omnimodam jurisdictionem negant, neque ullam superioritatem concedunt, concursus jurisdictionis superioris & inferioris hic non potest applicari. Qua enim quæso ratione is pro absoluto Domino ac superiori reputari vel haberi potest, cujus asserta omnimoda potestas atque superioritas ex altera parte negatur & controversitur? Negatio enim rem dubiam facit, & notorium dici non potest, quod contradictionem patitur, sicut nec instrumentum rem notoriam facit, quando contra illud opponitur. *Gravett. conf. 299. n. 8. conf. 302. n. 6. Dec. c. licet n. 10. d. probat.*

XLIII. Ac stante etiam regula ista: quod illius sit de religione dispositio cujus sit regio, potius ex adverso sequitur, quod Ecclesiasticis negato jure superioritatis in hisce possessionibus secularium statuum & nobilium imperii & jus reformandi quoque negandum sit, maxime quia jurisdictio Ecclesiastica, vigore sæpius allegatæ constitutioni, quoad



Augustanam confessionem est in suspenso. *Webn. d. l. lit. V. verb. Boigten pag. 659. col. 2.*

XLIV. Quamvis tamen ex decreto Regis Ferdinandi, quod Augustanæ confessionis addicti, in comitiis Augustanis, die 24 Septembris anno 1555. ab eo impetrarunt, & cujus originale in archivo Serenissimi Electoris Saxonæ reservatur, magis hoc in casu possessionem & exercitium, quam jura superioritatis & territorii spectanda esse liquido apparet, ibi: Daß, demnach wir in Krafft Ndm. Kaysersl. Maj. unsers lieben Brüdern und Herrns uns gegebener Vollmacht und Heimstellung erklärt, gesetzt und entscheiden haben, thun auch solches hiermit wissentlich in Krafft dieses Briefs, daß der Geistlichen eigen Nitterschafft, Städt und Communem welche lange Zeit und Jahr hero der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben, Kirchen-Gebräuchen, Ordnungen und Ceremonien öffentlich gehalten und gebraucht, und bis auf heute dato noch also halten und gebrauchen von derselben ihrer Religion, Glauben, Kirchen-Gebräuchen und Ceremonien hinführo durch jemand nicht getrungen, sondern dabey biß zur obberührter Christlicher und endlicher Vergleichung der Religion unvergewaltigt gelassen werden sollen, *plura de hoc decreto legi possunt in problem. Gran. p. 2. probl. 9. ut & integra illius series apud Goldast. in collect. imper. p. 574. quem ibi allegat.*

XLV. Quibus probe consideratis, neminem facile esse arbitror, qui non videt ad status istos seculares & nobiles immediatos curam quoque animarum personarum & subditorum illorum in terris Ecclesiasticorum ad se spectantium habere, & Ecclesiasticos status ratione juris gladii, oder der hohen Freisch, saltem in personis facinorosis potestatem suam exercere posse. *Gylm. d. l. p. 1. tom. 1. fol. 242. col. 2. vers. negantur ulla ratione subdiri &c. fol. 211. col. 2. §. cum itaque tales*



*les & fol. 212. col. vers. Sed non video.* Nec obstat quod nobiles possessionibus hinc suis ab Ecclesiasticis investiti sint quod minime cum plenitudine reservatorum factum esse censetur. Respondemus enim, has investituras non ex mera liberalitate & gratia concedentis profluere, cum potius nobiles libera sua & sine medio imperio subjacentia prædia, ihre freye Adeltiche Land-Güter, tanquam allodialia, majoris protectionis & securitatis ergo Ecclesiasticis Statibus, utpote potentioribus, ultro, feudi nomine, obtulisse constet, adjecto pacto, scilicet, ut in casu necessitatis bellica servita præstare, & eos contra hostes juvare & pari modo defendere vellent: Itaque quia in hujusmodi investituris non tantum utilitatem utriusque partis versari, sed etiam causam subesse singularem intelligamus, ab his ad alias concessiones argumentari non est licitum, cum specialis causa specialem producat effectum.  
*per text. in l. 3. C. de transact.*

XLVI. Cæterum, quod hætenus sæpissime citata constitutio etiam respectu nobilium facta sit, affatim apparet ex §. illius Und in solchen Frieden soll die freye Ritterschafft welche ohne Mittel der Käyserl. Majestät und uns unterworfen, auch begriffen seyn. Satis enim hoc ipsum innuit copula, Et Und in solchen Frieden, quæ sequentia cum præcedentibus conjungit & eodem modo utrumque determinat.

XLVII. Ad quod adminiculatur quoque vocabulum (etiam, das Wörtlein auch,) quod implicat & utrumque casum una determinatione comprehensum esse ostendit, ac insuper non minus illud sequentia declarant verba *d. constit.* sic, ut nobiles immediatos intuitu utriusque hujus religionis nemo spoliare, turbare, aut alio quovismodo in possessione vel quasi hujus exercitii, vel alterius juris inquietare debeat. Also und dergestalt, daß sie obbemelder beyder Religion



halber auch von niemanden vergewaltigt, beträngt noch beschwerdt werden sollen.

LXVIII. Denique hoc etiam confirmat ipsa causa motiva in d. constitutione posita, ne scilicet tumultus propter diffidium religionis in imperio oriatur, neve pax Publica violetur, juxta apertum textum in proemio hujus constitutionis, sub verbis istis, quæ incipiunt: In hac proposita consultatione, in solcher fürgezogener Berathschlagung *Et in f.* qui incipit: Et postquam transactio quædam &c. Und nach dem eine Vergleichung &c.

XLIX. Quoniam causa motiva ista in nobilibus æque ac in cæteris statibus secularibus, utpote comitibus, Baronibus & civitatibus militat, nam experientia docet, majorem aut certe parem potentiam nobilium atque quorundam comitum, Baronum & civitatum esse. *Besold. supr. cit. loc. c. 6. n. 10 Et n.*

L. Et quia in reliquis constitutionibus, scilicet momentaneæ possessionis, item pignorationis nobiles immediati non minus quam alii status comprehenduntur, cum tamen nobilium ibi nulla expressa fiat mentio, quam multo magis in hac ipsa constitutione de pace religionis esse comprehensos esse dicendum erit, cum in illa disertis verbis hoc i a dispositum reperiatur.

LI. Nec ullo modo potest subsistere opinio illorum, qui prædictum §. hujus constitutionis de nobilibus immediatis loquentem saltem ad eorum personas restringere conantur. Equidem primo textus iste generaliter loquitur, ac etsi quidem verba personalia inserta sint, tamen hoc non officit, quia cernimus, quod etiam in *f. dict. constit.* qui se incipit, E contra debent status. Dagegen sollen die Stände &c. simili plane & eodem modo, ne verbulo quidem mentio fit  
subdi-



subditorum aliorum statuum imperii, nihilominus autem ex mente & sententia dictæ constitutionis subintelligendi veniunt, I. quia sunt relata, quorum natura debet esse eadem. *Nov. 123 cap. 2. §. 1.* adeo ut secundum illam, Satus sine subditis facile considerari nequeant, nec per consequens nobiles imperii. *Gylman. d. l. rom. 1. p. 1. fol. 217. col. 1. n. 17. & 18.*  
 II. ne alias eadem constitutio circa personas in illa comprehensas, diversimode, num generaliter, num specialiter, disponere videatur.

LII. Deinde, cum nullum dubium sit in sæpissime allegata constitutione & nobiles immediatos comprehensos esse, necessum erit, ut illud beneficium juxta tenorem ipsius constitutionis in genere accipiatur, & tam ad bona quam subditos nobilium extendatur; alioqui enim sequeretur, quod nobiles tantum respectu suarum personarum & non subditorum ac bonorum quoque sub tutela imperii essent, & sic diverso jure Dominus & subditus, cum tamen relativa sint, censerentur, quod nullo modo dicendum.

LIII. Existimandum igitur est, illum *§. d. constitut.* Et in hac pace und in solchen Frieden etc. ejus esse efficaciam, ut omnia prius decisa ad quæ tenor *d. §.* se refert quoad nobiles imperii ibi reperita censeantur, adeoque nobiles non minus quam reliqui status beneficio sed constitutionis gaudere debeant; tanta enim est potentia in termino referente, quanta in relato, *Gylman. d. l. rom. 1. p. 1. fol. 217. col. 1. n. 17. & 18.* nec interpretatio debet fieri ad literam, sed ad sensum, qui verbis prævalet. *l. si quis filium C. d. liber. præter. Gylm. d. l. fol. 216. n. 18. & seq.* & bonorum fortassis ideo non expressa facta est mentio, ne idem sæpius repetitum fuerit. *Gylman. d. l. rom. 1. p. 1. fol. 236. col. 1. in fin.* imo licet constitutio hoc  
 inpassu



in passu quodammodo obscura videatur, tamen usus & consuetudo, quæ est optima interpret, eam satis declaravit. *Gylman. d. l. rom. 1. p. 1. fol. 240. col. 2. vers.* Et quamvis videri possit.

LIV. Quemadmodum ergo, vigore d. constitutionis, neque S. Cæsar. Majest. neque ullus alius status alterum intuitu religionis debellare, spoliare, vel in reformatione & exercitio illius sub pœna ibidem expressa turbare. Sed jurisdictio Ecclesiastica quoad Augustanos suspensa esse debet. *d. constit. §. Damit auch obberührte beyderseits Religions-Verwandte & in §. Und damit solcher Friede.* Ita pari ratione, nobilis immediate imperio subiectus æque beneficii hujus constitutionis, tam quoad confessionem, quam quoad publicum exercitium religionis Augustanæ capax esse censetur *supr. thes. 6. d. constit. §.* Und in solchen Frieden.

LV. Et id maxime hac de causa, quoniam nobiles isti in possessionibus suis religionis mutationem non jam modo incipiunt, sed antea erectam & institutum exercitium Augustanæ confessionis conservant & continuant. Videatur *supr. alleg. decret. Ferdinand. I. anno 1555. d. 25. mens. April.* promulgatum, *Gylman. d. l. rom. 1. p. 1. fol. 238. col. 1. vers.* nec quoque jam modo licet enim religio quoad instituendum exercitium possideri nequeat per privatos, secus tam se res habet in personis publicis & statibus imperii vel qui statum repræsentarent. *Gylman. d. rom. 1. p. 1. fol. 237. col. 1. vers.* Deinde quod religio non possideatur.

LVI. Ac etsi quidem religio non possideatur sed facultatis sit, *Gylman. alleg. loc. 5. in fin. thes. præc. fol. 236. n. 6.* atq̄amen jus exercendi religionem æque ut jus maleficiæ puniendi, jus venandi, pascendi, piscandi, lignandi & alia jurisdictionalia quasi possidetur. *Gylm. d. l. rom. p. 2. n. 1. fol. 234.*



Et fol. 237. n. 38 fol. 244. n. 2. cum religio sit jurisdictionis sequela. *Gylm. d. l. tom. 1 p. 1. tit. 3 fol. 236. n. 29.*

LVII. Nec non regula ista, quod actus meræ facultatis non præscribantur, in illo saltem casu procedit, ubi nullus titulus & causa excogitari potest, at hoc in loco nobiles immediati ratione possessionum suarum in terris Ecclesiasticorum sitarum ad minimum titulum coloratum habent quia respectu illarum solum imperatorem magistratum recognoscunt & sunt quasi Standt. *Gylman. d. l. tom. 1. p. 1. tit. 3. n. 18. fol. 293.*

LVIII. Cujus sane intuitu scilicet quia statibus æquiparantur nobiles in Religions-Frieden, hi non minus etiam quam illi contra turbantes eos in exercitio religionis Augustanæ confessionis processus, vigore sæpius citatæ *constit. de pace relig.* in Camera imperiali extrahere possunt *Gylman. d. l. fol. 239. vers.* itidem adjunctus, ubi inquit: Quando una res adæquatur ad aliam, & tunc illi rei ad quam fit exæquatio nihil adjicitur, sed rei adæquatæ tribuitur, quicquid est plus juris in ea, ad quam fit exæquatio, *ex Bart. in l. 1. n. 2. de leg. 1. quem ibi allegat.*

LIX. Præsertim eum tota constitutio de pace religionis præcipue causam possessorii tractat, quod scilicet nullus status alterum ob causam religionis spoliare, turbare aut alio quovis modo in sua possessione vel quasi illius exercitii inquietare debeat. *d. f.* Damit auch aber obberührte beyderseits Religions-Verwandten etc.

LX. Unde, si in possessoriiis, quoad punctum religionis, propter defectum veræ possessionis in proprio & stricto significato sumptæ, processus in Camera imperiali non essent decernendi, sequeretur exinde hoc inconveniens, quod turbato in exercitio Augustanæ confessionis, si in pe-

D

ritorio



torio procedere veller, ad Ecclesiasticum judicem rever-  
tendum esset, cum tamen ad multi defendere conantur,  
*Gylman. d. l. tom. 3. fol. 297.* Et hoc est, quod dicant in Ca-  
mera saltem in puncto citationis ad docendum de partitione  
processus decerni debere, ut in causis arrestorum, punctum  
autem mandati ad austregas vel ad ordinarium Ecclesiasti-  
cum remittendum esse. *Gylman. d. l. tom. 3. fol. 297. vers.*  
*Religions-Sachen, & in vers. in Camera in casibus des Reli-*  
*gion-Friedens.*

LXI. Sed hoc modo constitutio de pace religionis  
in effectu de vento data esset & hujus, contrarium ad ocu-  
lum quasi demonstrat, *constit. d. pac. relig. § Wir befehlen etc.*  
*fol. 401 cujus verba hæc sunt:* Wir befehlen und gebieden auch  
hiermit und in Krafft dieses unsers Reichs-Abschieds den Käy-  
serlichen Cammer-Richter und Beysigern, daß sie sich diesen  
Fried-Stand gemäß halten und erzeihen auch dem anruffende  
Partheyen darauf ungeacht, welcher der obgemelden Religion  
die sein gebüheliche und nothdürftige Hülfß des Rechts mit-  
theilen, und wider solches alles kein Proceß noch Mandat ac-  
cerniren, oder auch sonst in einigen andern Weg thun noch han-  
deln sollen etc. ubi liquido apparet, quod soli Camerae delata  
sit causarum religionarum decisio. Vide hac de re plura dis-  
ferentem *Crani d. dissert. Juridic. polit. p. 2. probl. 1. §. 2. pag.*  
*323. col. 2.*

LXII. Denique, quod attinet ad bona feudalia Nobi-  
lium immediatorum in terris statuum Ecclesiasticorum sita,  
minime etiam officiant argumenta supra in contrarium ad-  
ducta; cum in sæpius citata constitutione. §. Damit auch  
obberührte beyderselts Religions-Berwandte etc. satis clare di-  
spositum sit, quod jurisdictio Ecclesiastica quoad status Au-  
gustanæ confessionis & qui his æquiparantur, in suspenso  
esse



esse debeat, *Wener. d. l. verb. Voigtey. vers. norand. hic. pag. 659. col. 2.* Salvis interim feudis secularibus & aliis juribus religionem non concernentibus, quia per Augustanam confessionem non committitur feloniam aut honor civilis violatur. *d. const. d. pac. relig. ff.* Und nach dem ein Vergleichung ic. *Gylman. d. rom. d. rom. p. 1. fol. 224. col. 1. vers.* Nec feuda vendi possunt.

LXIII. Ex quibus patet, quod defectus directi Domini vasallum ratione utilis sui domini circa dispositionem religionis impedire nequeat, quia jura omnia cum hac pacificatione pugnantia sunt abrogata *d. const. d. pac. relig. ff.* Und soll aber ic. videatur etiam supra *alleg. decret. Ferdin. I. anno 1555. die 24. Septembr.* promulgatum. §. Daß demnach wir in Krafft Nöm. Kaysersl. Majestät.

LXIV. Ea veluti Cæsar & alii Status simpliciter confenserunt in dictam pacificationem, nullo jure reservato vel excepto ratione bonorum feudalium, sic idem dicendum est quoad Nobiles immediatos, quia hac in constitutione statibus imperii sunt æquiparati. *d. ff.* Und in solchen Frieden ic. & hoc modo in utroque casu eadem militat ratio. *Bart. in d. l. l. 1. n. 2. de leg. 1. Gylm. d. l. p. 1. tom. fol. 139. col. 2. vers.* itidem adjunctus.

LXV. Nec id etiam obest, quod scilicet vasalli dicuntur subditi, posito enim quod largo sensu hoc verum sit, tamen *d. const. ff.* Wo aber unser ic. non loquitur de hujusmodi subditis, qui immediate subsunt imperio, sed de subditis Electorum & statuum. *Gylman. d. l. fol. 240. col. 2. vers. conspir. religionis.* alioqui enim etiam Electores ipsi subditi Imperatores dici possent.

LXVI. Ac judicium provinciale Herbipolense jure quodam singulari, extra jus territorii, vice Imperatoris Majestatis



jestatis constitutum fuit, ita ut status seculares & nobiles immediati in Franconia non jure territorii & subjectionis, sed saltem per voluntariam, liberam & spontaneam jurisdictionis prorogationem quandam in eo comparere voluerint, scilicet propter defectum justitiæ quoad primam instantiam, veluti fieri videmus, ut eodem modo & Imperator Romanus coram comite palatino conveniri queat. *Aur. Bulla tit. 5. de jure palatin. & Duc. Saxon. Von Rechten des Pfalz-Gräfers und Herzogs zu Sachsen.*

LXVII. Quamprimum itaque vigore ordinationis Camerae imperialis introductum fuit jus Austregarum, in quibus statibus & nobilibus imperii certus & limitatus, quoad causarum controversias, procedendi modus in prima & secunda instantia praescriptus est, praedictum judicium ratione statuum & nobilium imperii in Episcopatu Herbipolensi degentium ferme in defuetudinem iterum abiit; quamvis etiam aliud sit forum fortiri sive loqui de judiciaria potestate, & aliud subditum esse, sive loqui de jure territorii & subjectionis.

LXVIII. Nec quicquam etiam refragatur illud, quod nimirum vasallus formam rei feudalis invito domino directo mutare nequeat, quia religio nihil cum forma fidelitatis communicat, neque inter illa capita, quæ vasallus domino jurat, ulla mentio religionis fit, veluti etiam juramentum istud, prout forma hujus in jure feudali habetur, non praestatur secundum normam Juris Canonici ad Sanctos, sed juxta doctrinam Christi & Augustinae Confessionis ad Sancta Dei Evangelia, quod nullo modo admittendum foret, si Romano-Catholica religio de substantia feudi esset, videatur. *Gylman. d. l. tom. 1. p. 1. vol. 124. col. 1. vers. nec feuda vendi possunt.*

LXIX.



LXIX. Imo, etiamsi regulariter hoc ita se haberet, ut quoad feuda, mutatio religionis ad directum dominium pertineret, tamen neminem sanæ mentis negare posse arbitror, id evidentem, vigore constitutionis de pace religionis, propter illius causam finalem potissimum, nec scilicet tumultus ob disidium religionis oriatur, neve pax publica violetur, correctionem pati, *Gylmar. d. l. fol. 224. col. 1. vers.* facit generalis clausula derogatoria &c. ubi allegat dictam constitutionem §. Und soll alles ic. Imprimis quia in sæpius dicta constitutione eadem forma loquendi & idem stylus uti in cæteris constitutionibus imperii, nimirum fractæ pacis, momentaneæ possessionis, pignorationis & arrestorum observatus fuit, quarum sententia autem & intellectus indifferenter ad omnes statuum atque ordinum imperii principatus, regiones & provincias sine discrimine bonorum allodialium & feudaliū trahitur, teste experientia cottidiana.

LXII. Denique minime probari potest, quod vasallus reformando Ecclesias & scholas rem feudalem destruat, & sic feudo sit privandus, item, quod Dominus vasallum male subditos tractantem possit monere, ut consueto more tractet sub pœna privationis feudi, quia licet hoc procedere possit de jure Canon. tamen ut sæpius dictum fuit, Ecclesiastica jurisdictio est in suspenso, & adhuc ab utriusque religionis statibus controvertitur, utra pars melius regat destruat vel ædificet ecclesiam. Negatio autem rem dubiam facit, & notorium dici non potest, quod contradictionem patitur; *Craverr. conf. 299. n. 8. conf. 302. n. 6.*

LXIII. Ideoque etiam utrique partium sub pœna in sæpissime allegata constitutione §. Ferner verpflichten und verbinden wir uns ic. expressa, serio injunctum est, quod alia alteram intuitu religionis neque debellare, spoliare, vel quo-



cunque modo turbare debeat. *d. const. ff. Ferner verpflichten und verbinden wir uns etc.* Durum igitur esset imo dictæ constitutioni prorsus contrarium dicere, eum destruere, qui lege permittente religionem juxta Confessionem Augustanam a Cæsare & statuum concessam, reformaret.

LXIV. Ad hoc accedit, quod vasallus salutem propriam saluti domini præponere queat, quapropter si vasallus Augustanam Confessionem ad salutem animæ suæ pertinere existimet nihil peccare dicitur, quod enim jure permittente fit, peccatum non meretur *l. 4 ff. quod quisque juris in aliam statuerit.*

LXV. Ulterius in casu dubio (licet hic casus propter claram dispositionem minime dubius sit) illa via eligi debet, quæ utrique partium minime sit præjudicialis minus autem hoc in loco videtur præjudicialis ista via, quando vasallo pro tempore quo in vivis erit, & feudum apud ipsum remanebit, vigore dictæ constitutionis, religionem a Cæsare & omnibus statibus concessam in feudo instituere permittitur. Cum sane ex hoc nullum domino oriatur præjudicium, quoniam is nihilominus liberam potestatem mutandi religionem aperto feudo, vel directo dominio cum utili consolidato retinet, idque exemplo servitutis realis; nam & illam vasallus in re feudali constituere potest, sine consensu domini, sed resoluto jure dantis utpote vasalli, & reverso feudo ad dominum resolvitur quoque jus accipientis, & servitus ista expirat nec ullum adfert domino præjudicium

*l. 2. C. si pigni pign. dat. sit. Atque hæc hæc vice dixisse sufficit.*

*Sit Deo Laus Honor & Gloria.*

COROL-



## COROLLARIA.

### I.

Principum & statuum imperii dignitates  
in lege Regia merito confirmat Im-  
perator, quia ipse fons est omnium in  
imperio dignitatum.

### II.

Num beneficium emigrationis sit neces-  
sitatis?

### III.


An legatum sub conditione religionis  
Romano-Catholicæ amplexandæ re-  
lictum, ea neglecta nihilominus peti  
possit?












B.I.G.

Farbkarte #13



II R  
4204

SERTATIO JURIDICA,  
DE  
**SDICTIONE**  
**LESIASTICA,**  
**LIBUS IMPERII,**  
*stitutionis de Pace Religionis,*  
**STRICTIBUS ET CASTRIS**  
orum legitime competente,

Von der,  
**itterschaft, nach dem Religions-**  
**ehenden Geistlichen Gerichtsbarkeit,**

*QVAM*  
P R Æ S I D E  
**CASPAR UNRATH,**  
Sax. Curiae Provinc. & Scabin. Assessore dignissimo,  
gnifico & Fac. Jurid. Decano eminentissimo,  
USTRI ACADEMIA JENENSI  
*ANNO MDCXLVIII.*  
SPONDENDO PROPUGNAVIT  
**COLAUS KERN,**  
CULMBACHO - FRANCUS.



*ALE MAGDEBURGICÆ,*  
**HENDELIANIS, 1740. (4)**

20.